Respondit Joseph. Absque me
Deus respondebit prospera
Pharaoni. Narravit ergo
Pharao quae viderat. Putabam
me stare super ripam fluminis: &
septem boves de amne conscendere
pulchras nimis et obesis carnibus:
quae in pastu paludis virecta carpe-
bant. Et ecce has sequebantur aliae se-
ptem boves in tantum deformes &
macilentae ut nunquam tales in terra
Aegypti viderim. Quae devoratis &
consumptis prioribus nullum saturita-
tis dedere vestigium, sed simili macie
et squalore torpebant. Evigilans
rursus sopore depressus, vidi som-
nium. Septem spicae pullulabant
in culmo uno plenae atque pulcherrimae.
Aliae quoque septem tenues et percus-
sae uredine oriebantur e stipula quae